



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In  
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini  
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut  
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac  
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van  
Coloniae Agrippinae, 1656**

De dilationibus. Titulus VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-61552)

quando nolens iurare iam perfecte probauisset, Bald. in c. 2. num. 7. in fine de prob. per illum text. l. a. in l. admonendi ff. de iure. num. 84.  
8 De pœna † non iurantis ne malitia vide  
Gall. obs. 87. lib. 1.

## De dilationibus.

## Titulus VIII.

## S V M M A R I A.

- 1 Dilatio datur vocato ad iudicium extra ordinarium per reascriptum, ad impugnanda precum mendacia, quæ impenetrantur denegatur.
- 2 Vocatoria seu exspectatoria datur citato ad litis ingressum & iudicij ordinationem.
- 3 Deliberatoria non datur actori, sed vocato ad iudicium in Causa Civili.
- 4 In Causa criminali non datur dilatio deliberatoria.
- 5 Restitutoria dilationes habent locum ante vocacionem in ius, & non turpe exscoliatus tam in Causa Civili quam in criminali.
- 6 Probatoria dilatio datur actori & reo gratia instrumentorum & personarum ad veritatis indagationem.
- 7 In causa pecuniariorum non datur nisi semel, & ex Causa impedimenti in prima datur secunda.
- 8 In criminalibus dua actori & tres dilationes dantur reo, & vltiores ex Causa impedimenti quod fuit in primis.
- 9 Dilatio quadam datur ad executionem rei iudicatae, condemnato in causa personali datur quadrimestre.
- 10 In actione reali statim fit executio.
- 11 In causa criminali dilatio non datur.
- 12 Dilationes conceduntur citato aduersario, & Causa cognita.
- 13 Circa dilationem primam probatoriam leuis adhibetur causa cognitio.

- 14 in secunda dilatione danda, adhibenda est cognitio plenaria à confidente iudice.
- 15 Idem turis est in duabus actori, & tribus reo & vlterioribus dilationibus dandis in causas criminali.
- 16 Exspectatoria dilatio non intelligitur peremptoria nisi dicatur, vel nisi tertia emanauerit dilatio.
- 17 Probatoria dilatio etiam prima est peremptoria. Requisitio extra judicialis que sit à parte parti, sufficit unica, & intelligitur peremptoria.
- 18 Dilationis effectus, quod siue pars siue integræ datæ fuerit dilatio, eousque iudicis officium conquisescit.

**C**ITATIONES per edicta emanant, cum interuallo dierum, & libello iudici oblatu, ac etiam in progreſſu iudicij solent litigantes petere dilationes, de quibus est vindendum. Decretales huius tituli tantum loquuntur de dilationibus, quæ conceduntur ante litem contestatam, nos de eis paulo fulius tractabimus, quia multiplices sunt. c. præterea & ibi gl. in verb. plene hoc tit. gl. in summa 3. quæst. 2. & utrobique Can. Quædam est dilatio, quæ datur † vocato ad iudicium extraordinarium per reascriptum, ad impugnanda precum mendacia, & proferenda aliqua instrumenta, vel testes: quia instructus esse non potuit, qui præterspem ad alienum iudicium trahitur: & impenetranti reascriptum penitus est deneganda. l. si quando & auth. quod fieri C. hoc tit. Quædam vocatoria † & exspectatoria, quæ datur citato ad litis ingressum, & iudicij ordinationem; l. hoc tit. nam reus citandus est ad iudicium tribus edictis, c. de illicita §. de conuentione 24. quæst. 3. l. ad peremptorium ff. de iud. per interuallum non minus decem dierum, l. per interuallum ff. de iud. hodie triginta dierum, §.

Ll 2 omnem

omnem §. & si hoc minime auth. de litig. coll. 7. si iudex ter citet, & non apponat hoc ad uerbum peremptorie, tamen intelligitur cito-  
tus peremptorie: *I. tres denunciations C. quod-  
mod. & quand. iudex post peremptorium po-  
test iudex adhuc unum edictum mittere, si  
velit absenti gratiam facere; I. & post edictum  
ff. de iud. c. consuluit de offic. deleg. Rot. decis. 3. de dol.  
& contum. in nou. c. cum olim. vers. volentes de dol.  
& contum. & ibi gloss. in verb. misericorditer in  
verb. vt conuincatur. aut reus citandus uno pro  
omnibus peremptorio, l. nonnunquam ff. de  
iud. l. contumacia ff. dere iud. quod continere  
debet tantum temporis quantum tria edi-  
cta separata. auth. qui semel. C. quom. & quando  
iud. vel verius ex causa, iudex poterit illud  
moderari, prout sibi videbitur expedire, pro  
conditione temporis, causa, personæ: d.d.  
nonnunquam ff. de iud. c. cum sit Romana de ap-  
pell. gloss. pen. in cap. 1. hoc tit. A termino nimis  
breui & peremptorio potest appellari; c. 1.  
& c. fin. & ibi Pan. num. 7. hoc tit. l. sanctorum &  
auth. post iusserandum c. de iud. Absenti citatio,  
si postea comparuerit, omnis clauditur co-  
pia iudiciorum, nisi prius omnia damna re-  
stituar ex huiusmodi vitio aduersarijs suis  
inflicta, sive circa ingressum litis, sive circa  
honoraria aduocatorum, vel alias causas,  
quæ in iudicio versantur, c. inducio & ei autem  
3. quest. 3. gloss. fin. in c. 2. hoc. tit. & ibi Pan. num.  
13. Caput aq. decis. 263. & 264. part. 1. Quædam  
3 deliberatoria † dicitur, quæ non datur a-  
ctori, quia instructus venire debuit; Caput aq.  
decis. 260. part. 1. Cassad. decis. 1. num. 4. & seqq.  
hoc tit. arg. l. de etate §. ex caus. ff. de interrog. ini-  
re fac. c. caterum de iuram. cal. l. 1. ff. de vent. inspic.  
& pastoralis & ibi gloss. in verbo de nouo de except.  
nisi commiserit causam contra reum super  
vno iure, & pendente lite, reus aliud ius pro-  
ducatur; Caput aq. decis. 262. part. 1. Clem. sœpe de  
verb. signif. aut tertius admittatur ad causam*

vigore specialis commissionis; Caput aq. decis.  
2. 2. part. 1. l. facta §. si bares el. 2. & ibi Bart. &  
DD. ff. ad Trebill. Sed datur vocato ad iudicium,  
eiisque procuratori generali, non speciali  
ad istam causam, Crescent. decis. 3. de ditat. In  
causa ciuili post libellum oblatum con-  
ceduntur viginti dies ad deliberandum, an ce-  
dat, vel contendat, aut iudicialium associati  
petat, vel recusat eum, c. dilectus de procur. Rot.  
Bisig. decis. vñica hoc tit. Cassad. decis. 1. in princ.  
hoc tit. quæ denegatur reo, si per literas cita-  
torias plene potuit instrui, auth. offeratur C. de  
lit. contest. d. c. inducio 3. quest. 3. §. offeratur aut si  
actor verbum generale vel ambiguum pos-  
tum in libello declarauerit, si per expressa  
potuit deliberare super generalitate vel am-  
biguitate, c. præterea hoc tit. & ibi gloss. in verbo  
plene & Can. Myns. obs. 85. cent. 5. non datur in  
causis executiuis, & quando partes semel ha-  
buerunt causam, c. littera tua hoc tit. & ibi Can. post  
gloss. 1. cessionario denegatur, quando ce-  
dens dilationem habuit ante ius cessionis,  
quia eedens non potest præjudicare cessiona-  
rio post cessionem, sed ante cessionem po-  
test præjudicare.

In causa † criminali non datur dilatio 4  
deliberatoria, quia reus certus esse debet, ut  
rum velit crimen confiteri vel negare, cum  
sciat se esse reum vel non; gloss. in sum. 3. quest.  
2. in fine Bald. in d. auth. offeratur num. 13 afferens  
ita seruari de facto, maxime quando copia li-  
belli fuit in citatione inserta, & reus habuit  
tantum temporis, quod potuit deliberate  
tam circa factum principale, quam circa for-  
mam libelli, personam accusantis, iudicis,  
Pan. post gloss. in c. 2. num. 9. hoc tit. & ibi Can.  
Quædam † sunt restitutoriæ, quæ habent 5  
locum ante vocationem in ius, danturque  
spoliatis, tam in causa ciuili, quam criminali;  
c. cum ecclesia & cc. seqq. 3. quest. 2. nam in  
causa criminali expoliatis post integrum  
restitu-

restitutionem anniuerariæ induciæ, vel sex mesium indulgentæ sunt, c. electio 3. quest. 2. vel iudicii arbitriæ, c. quanto c. prius & c. si episcopus 3. q. 2. antequam illis aliquid à quopiam debeat, vel possit obici, aut ipsi cogantur accusantium propositionibus respondere: quia nec nudi contendere, nec intermes inimicis se debent opponere. d. c. cum ecclesia d. c. si episcopus c. oportet. 3. quest. 2. In causa ciuili spoliatus, facta restituzione, non potest conueniri petitorio, nisi tanto tempore steterit in pacifica possessione, quanto tempore permanens spoliator, d. c. quanto &c. tamdu 3. quest. 2. Pan. in d. c. venerabil. ingloss. 1. de offic. deleg. Ripa in l. naturaliter §. nihil commune nu. 49. 6 ff. de acquir. p. f. Quædam est t̄ dilatio probatoria, quæ datur actori & reo gratia instrumentorum & personarum ad veritatis indagationem, nec est in potestate iudicis dare vel denegare, quia secundum al. quos est de substantia iudicij, suse Franc. in d. c. dilectio in 55. quest. nu. 253 de appell. Gemin. in summa 2. quest. 1. num. 9. alijs affirmantibus, quod dilatio dilatationis probatoria non sit de ordine formalis iudicij: Bald. in l. 1. num. 6. ff. de test. Bald. in l. petende in 3. not. C. de temp. in integ. resu. las. in d. l. in pecuniarijs num. 53. Fel. in c. licet causam n. 13. & 14 de prob. moderanda est secundum locorum distantiam, & regulariter 7 t̄ in causis pecuniarijs non datur nisi semel, l. 1. C. hoc tit. d. c. inducia §. spacium & ibi gloss. in verb. amplius & in verb. quam semel, & si iudex daret alteram absque rationabili causa, effet ipso iure nulla, l. in pecuniarijs & ibi Bart. num. 7. las. num. 22. & seqq. & num. 23. ponit regulam & 10 fall. ff. de fer. & dilat. Ex causa impedimenti in prima, datur secunda dilatio, l. in ratione ff. de fer. & dilat. & in successore, censori iusta causa dandæ nouæ dilatationis, d. l. ratione vers. illud Gail. obs. 91 num. 17. in fine & num. 18. lib. 1. Quia verisimiliter hæres succe-

dens in ius alterius ignorat modum probandi, l. qui in alterius ff. de reg. iur. l. fin. C. si pend. appell. mors interuen. In t̄ causis criminalibus 8 in quibus accusatus morte, exilioque coercedus est, l. sed et si quis ff si quis cautionib. &c. aut membra abscissione, l. imperium & ibi not. ff. de iurid. omn. iud. aut impontitur pena pecuniaria applicanda fisco, tas. in d. l. in pecuniarijs num. 50. quod Bart. ibidem non probat. duæ auctori, & tres dilatationes dantur reo, & ultiores ex causa impedimenti, quod fuit in primis; d. l. in pecuniarijs & ibi Bart. num. xi. & 15. sunt certi casus in quibus tempus ad probandum concessum ipso iure non currit recensiti à Mynt. ob. 99 cent. 3. Quædam t̄ dilatio datur ad executionem rei iudicatae, condemnato in actione personali datur quadrimestre, quod dā iudice potest arctari, & protogari: c. quod consultationem de sent. & re iud. l. 2. & l. debitioribus ff. de re iud. in actione reali t̄ statim sit executio, si condemnatus possit statim rem restituere, alioquin datur tempus ad restitutionem, satudato fideiussoribus de estimatione litis si res non restituatur: §. & si in rem Instit. de offic. iud. gloss. fin. circa finem in l. fin. C. de execut. rei iud. & ibi DD. non datur t̄ in causa criminali quia ibi u. pena non differtur, c. scut. 2. q. 1. l. cum reu. C. de pen. nisi certis casibus, c. cum apud xi q. 3. & ibi gloss. Dilatationes t̄ conceduntur, citato 12 aduersario, qui sinegit dare debere, nō possunt à iudice dari, vel denegari, nisi causa cognita, l. à procedenti C. hoc tit. d. l. in pecuniarijs in fine etiam si lis sit cum fisco, l. pen. C. hoc tit. & agatur de statu, & patrimonio litigantium, l. fin. C. hoc tit. Iudex denegans dilatationem potest statim ad ulteriora procedere, nam procedendo tacite pronunciat dilatationem non esse dandam, Bart. in d. l. procedente numer. 4. Concessæ sine cause cognitione, etiam si sint probatoria, valent, quia est

interlocutoria, quæ transit in iudicatum quoad partem; Bald. in d. l. petenda sub m. 1. C. detemp. in integ. restit. imo probatio facta nulla data dilatione. l. si quando & ibi Bald. num. 2. per illum textum l. cum à nobis & ibetiam Bald. n. 3. per illum textum C. de dil. st. las. in d. l. in pecuniaris n. 52. vel ante terminum assignatae dilationis, vel etiam post lapsum dilationis concessa valet, dummodo non fiat post terminos iuris, ut testium productio post publicationem, sel. in c. luei causam nu. 13. & seq. de prob. qui ponit regulam & quinque fallen. Circa causam probatoriam & dilationem, leuis adhibetur causa cognitio, qui fieri potest à iudice procedente, gloss. in d. l. in pecuniaris & ibi las. post Bart. num. 33. 34. & 49. an calumniole peratur, arg. l. 2. C. de falso. an articuli sint admittendi, arg. l. si duo patroni §. idem Julianus ff. de iure iur. l. si quilibet in fine ff. de petit. hered. in moderamine locorum, & temporum; l. 1. C. hoc tit. l. oratione ff. de iure iur. pulchre Barto. in d. l. in pecuniaris num. 3. 4. & seqq. & ibi las. num. 33. in fine & nu. 34. & DD. in secunda & vero dilatione danda adhibenda est cognitio plenaria à considente iudice, d. l. à procedente. Circa causam iusti impedimenti, quod fuit in prima dilatione, d. l. oratione, quia in eo tantum, in quo fuit impeditus in prima, circa personas, aut tempus, vel alias debet sibi restaurati per dilationem secundam, arg. Ladmonendi in verb. quibus nunc solus ff. de iure iur. & l. Diuus & ibinot ff. de in integ. restit. Et circa ius aduersarij, an sit factum deterius, vel omnia sint integra; verbi gratia, danda est secunda dilatio, si actor petat secundam ad probandum aliquid, aduersus quod reus potest ita facere suam defensionem, sicut primo, sed si in prima dilectione reus habuit testes ad probandum contrarium quos modo non habet, vel aliquid simile, tunc non debet dari dilatio, arg. l. & si post trieff si quis cautionib. & c. l. mancipiorum ff. de opt. leg. Bart. in d. l. in pecuniaris, sub num. 5. & ibi DD. communiter, idem iuris & est in duabus acto 15 ei, & tribus reo, & vltoribus dilationibus dandis in causa criminali; quia duæ vel tres dantur cum leui causa cognitione, vltiores vero causa cognita, Bart. in d. l. in pecuniaris num. xi. & ibi DD. Dies autem termini non computatur in ipso termino cum intelligatur de diebus proximis, l. eum quin princip. ff. de verb. obl. Myns. obs. 15. cent. 5. Franc. in c. 1. n. 5. & restit. spol. in 6. Multum interest inter dictas dilationes; nam dilatio expectatoria & judicialis debet esse tria, c. constitutionem de sent. excom. in 6. & non intelligitur peremptoria, nisi dicatur, l. ad peremptorium cum ll. seqq. ff. de iud. vel nisi emanauerit tercia dilatio, l. tres denunciationes C. quomod. & quando iud. & c. dilatio vero probatoria, etiam prima, in plenarijs & summarij causis, Dec. in licet causam nu. 34. & seq. de probat. huc datur absenti, siue præsenti, siue ante, siue post litem contestatam, est peremptoria, las. post Bart. in d. l. in pecuniaris ubi ponit regulam cum octo ampliat. & 7. fall. Pan. in c. 1. in fine hoc tit. & probatio facta post terminum non valet, adeo quod non faciat iudicium secundum aliquos: Dec. contra Bart. in c. licet causam nu. 37. & seq. de prob. Dilations à iudice præfixe possunt ex causa prorogari: Dilationum & vero probatoriarum, excepta quarta, non datur prorogatio: Gail. obs. 91. n. 2. & n. 20. lib. 1. quando fit requisitio extra judicialis à parte parti, sufficit unica, Clem. 1. de heret. Bald. in auth. item null in 4. not. C. de episcop. & cleric. & intelligitur peremptoria, etiam si non adiicitur, l. Titia scio §. 1. ff. de leg. 2. l. si tempore & ibi Bart. post gloss. n. 6. C. de fit. d. instr. & iure hasse & c. lib. 10. an autem post lapsum termini siue dilationis quis totaliter sit exclusus, vel re integra audiri debeat, vide Bald. in l. si qui in situatur

instituuntur §. sed si bonorum sub num. 3. vers. quæ-  
ro igitur utrum lapsus & c. ff. de hæred. instit. Effe-  
ctus dilationis † est, quod siue pars siue  
integra fuerit data dilatio, eo uisque iudicis  
officium conquiescat, donec petiti temporis  
defluxerint curricula, c. significante de appell.  
c. 2. & ibi gloss. in verbo plene in fine hoc tit. l. siue  
pars C. eod. & medio tempore gesta sunt nul-  
lius momenti, §. sancimus in fine auth. de exhib.  
& introd. rei gl. in l. 1. in verb. nullius esse momenti  
ff. de ferijs. Et Feriae omnes, siue repentinae, si-  
ue solemnies dilationum temporibus con-  
numerantur; d. l. siue pars l. 1. C. de ferijs. De Stylo  
Rotæ omnes dilationes censentur reu-  
cate ante prolationem sententiae ad esse. Etū  
validitatis sententiae, Greg. xv. dec. 3. 7. in fin.

## De Ferijs.

## Titulus IX.

## S V M M A R I A.

- 1 Feria duplices sunt, Repentina quos solus Princeps indicit, & solemnies.
- 2 Solemnum quadam sunt ob reverentiam Dei  
introductæ.
- 3 Aliae constitutæ sunt in honorem Ciuitatum, &  
Principum.
- 4 Quadam ob necessitatem hominum, vt tempus  
messum & vendemiarum.
- 5 Nonnullæ ad requiem laborum, vt anni dies ca-  
loribus mitigandus, & diei Calendarum la-  
nuariorum.
- 6 Ferijs ob necessitatem & requiem hominum  
introductis tacite & expresse potest renun-  
ciari.
- Si aliter parte inuita, vel absente iudicium  
erit, sententia nullius est momenti, exceptis  
quibusdam causis.
- 7 Ferijs repentinis, aut introductis in honorem  
Dei non potest renunciari, & sententia quam

contingit huiusmodi diebus promulgari, est  
nulla, exceptis paucis causis.  
8 Ferijs omnibus commune est, quod actus volun-  
taria iurisdictionis, etiam quolibet die feria-  
to exerceri possint.

Post titulum de dilationibus, subdit de  
ferijs, quia largo modo dilationes voca-  
ri posseunt, nam præstant vacationem ab his,  
quæ sunt in foro judiciali, & operibus ter-  
nilibus, c. 1. 2. & 3. de consec. dist. 3. Duplices †  
sunt, repentinae, quas solus princeps rebus  
feliciter gestis inducit, non inferior : l. 1. l. à  
nullo C. hoc tit. l. sed eti per praetorem §. si feria ff.  
ex quib. caus. maior. &c. & solemnies quartum  
aliquæ † sunt ob reverentiam Dei intro-  
ductæ, enumeratae 15. quest. 4. in summa, &  
per totam & in c. conquestus hoc tit. l. omnes dies  
C. eod de consec. dist. 3. in summa. Illud notandum,  
quod de stylo Germaniae iure canonico cons-  
formi, dies dominica denominatur à prin-  
cipio introitus misericordie, c. cum dilecti de dol. &  
contum. ab ipsque ad diem dominicam qua canta-  
tur ego sum pastor bonus. Præterea singuli Epi-  
scopi in suis dioecesis cum clero & popu-  
lo certas solemnitates in honorem Dei, &  
sanctorum possunt indicere, c. fin. §. solemniti-  
tates hoc tit. quæ omni veneratione sunt ob-  
seruandæ à subditis, & exemptis omnibus,  
etiam regularibus, c. 12. §. dies seb. 25. & regul.  
& monial. & abstinentia est ab omni ope-  
re illicito, cum starum artium officijs, l. omnes  
l. actus C. hoc tit. mercato, placito, iuta-  
mento nisi pro pace, aut alia necessitate, c. 1.  
hoc tit. late Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 30. per  
totum, ac omnibus voluptatibus, l. fin. C. hoc  
tit. attamen propter necessitatem alimen-  
torum licet eisdem diebus operi seruili inten-  
dere, præterquam in maioribus anni festiui-  
tatibus, c. licet hoc tit. ruralia opera explicare,  
frumenta sulcis; vineta scrobibus mandare,

L. omnes